

NENIAM SEPULCHRALEM,

In Tristissimo Funere

V I R I

NOBILISSIMI, AMPLLISSIMI,

CONSULTISSIMI QVE,

DN. ANTONII

WASSANZELI

Reipubl. Patriæ CONSULIS


Optimè Meriti,

PATRONI sui, post fata etiam, desideratissimi,  
ipso Exeqviarum die,

(erat is XV. Calend. Octobr. Anni M. DC. XXCIV.)

molestâ venâ fundebat

M. JOHANNES SARTORIUS, P.P.



TOHRUNII Typis excudit CHRISTIANUS BEKK, Gymn. Typogr.



\* \* \* \* \*

Visquis hâc viam carpis,  
suspende gressum

V I A T O R,

dum, quid te velit saxum hoc, legas.  
Qui in nullius offensionem incurrit,  
in hunc tandem offendit lapidem

V I R,

nostrò elogiò major,

**ANTONIUS BAUMGARTEN.**

Casum fortasse tristissimum dixeris?

cave dicas.

Erigitur in sublime gloriæ, qui sic cadit:

Vivere incipit, qui sic moritur:

Oritur, qui sic occidit.

Quæris tamen, quis fuerit?

paucis habe.

Parentibus Amplissimis ortus,

A. O. R.

supra millesimum, sexcentesimo, primò & tricesimò,

XVI. Calend. Septembris,

THORUNII

exclusus in lucem est.

Qvam ut aspexit,

Adolescentior factus,

non in umbra ætatem egit,

sed in Sole.

Qvippe vernantes annos amœnioribus studiis,

maturores Patriæ consecravit,

ea constantiâ & fide,

ut in majores Honores mox immigraret,

ac tandem

CONSUL renuntiaretur.

Qvo Munere quidem tam egregiè defunctus est,

ut nemo Illi dicam scriberet,

præter Mortem,

quæ omnia ad vivum resecat.

Cœtera mitissimi erat Ingenii,

si morientem excipias,

quò solò acerbus esse cœpit.

Stomachari noluit, sed nec potuit,

carebat enim totus quantus stomacho;

et tamen,

quod mirère,

multas concoxit injurias.

Ulce-

Ulceratum illi jecur non fuit,  
nec splen perulanti cachinnò plenus:

Sed

*Cor niveum, & niveo veri de pectore risus.*

Moribus seculi hujus depravati morem non gessit,  
nisi dum istud à suis moribus abiret.

Nec Fronte occultavit sententiam,

sed in primori gestavit animum:

Adeò scilicet firmâ & exporrectâ,

ut non alius in ea,

præterquam prisca ævi character expressus,

hoc est, candidus

enitesceret.

Talis cum esset,

et instar eximii HORTI effloresceret,

Immaturos tamen in Autumno fructus tulit,

dum immaturus annis decessit:

Quodve dolendum!

Imminente Octobri vindemiam lacrymarum

CONIUGI,

LIBERIS,

AMICIS,

BONIS deniq; omnibus reliquit:

Sole ipso,

tam mœsti admiratore funeris,

ad Libram properante:

quasi non aliâ lance jactura hæc posset digniùs pensari,

quam Cœlesti:

Plura scire aves V I A T O R?

Clausus hic tumulus tibi aperiet.

Æternam producturus vitam

mortalem contraxit:

Qvippe difficili morbo explicitus,

quò decem dies atinebatur,

Postquam vixit Annos LIII. SEculo DIGNUS,

Cœlò animam reddidit,

Corpus hæc urna regit.

Abi jam,

et si experientiam in dubium vocas,

è cineribus suscitari Plantas posse:

Hunc tumulum, antequam abeas,

solicitiùs inspice;

Ex his enim Cineribus

non planta duntaxat,

Sed ipsum olim ARBORETUM

suscitabitur.

Esse.

Gesegnungs-Rede

Des Selig verstorbenen Herrn Baumgartens/

An Seine Hochbetrübte Hinterlassene.

**N**u schlägt die Stunde aus: Mein letzter Tag erscheint/  
Behabt Euch/Liebsten/ wohl: Ich gebe gute Nacht:  
Stellt Euer klagten ein / wer meinen Tod beweinet/  
Merckt nicht / wie hoch ich sey durch diesen Tod gebracht.  
Zwar Euer Thränen-Mund und ungefärbte Liebe  
Bricht Seuffzend und halb-tod in solch'e Wörter auß:  
Ach daß der Himmel uns an Deiner Statt vergrübe!  
Fällt unsre Garten-Lust so schnell in Asch und Grauß:  
Soll schon das Vater-Hertz im kühlen Grab erkalten/  
Trifft denn die Unschuld auch der Libitinen-Pfeil?  
Soll leider! diesen Baum des todes Stahl zerspalten?  
Schlägt / schmettert so den Stamm der scharffe Donnerkeil?  
Ach Schmerz! ach herber Schmerz! Wir hofften zu genießen  
Des Schattens: und die Frucht von deiner Blüth zu sehn;  
So wandeln Wir betrübt in dicken Finsternüssen/  
Weil Todten-Lüffte dich sampt deiner Frucht verwehn.  
So seuffzet Euer Mund. Doch höret auff zu klagten/  
Vergönnet Mir die Ruh / die Mir der Tod gezeitigt:  
Ich hab' des Tages-Last und Hitze satt getragen/  
Drumb beugt sich meine Krafft / die sich zum Grabe neigt.  
Ihr klagt die Garten-Lust / so Euch durch mich entfalle/  
Weil ich zwar unversehrt / doch selig ist verblüh:  
Ach Liebsten! dauret auch was auff dem Erden-Balle  
Das die Verwesung nicht in ihre Gränzen zieh?  
Hingegen ist mir erst die rechte Lust gelungen/  
Da keine Trübsals-Bluth auf meinem Scheitel sticht;  
Ich bin durch Hitz und Frost / durch Staub und Schnee gedrungen  
Dem Himmels-Garten ein: Ich wolcke numehr nicht.  
Kam gleich der kalte Tod / darff Ich doch nicht erfrieren/  
Und spüre keine Noth an der belaubten Zier:  
Der Höchste will mein Haupt mit neuen Blättern zieren/  
Ich geh mit meiner Lust dem Sommer selbstn für.  
Drumb laßt die Wehmuth Euch/Betrübte / nicht bezwingen/  
Vergönnet meinem Leib doch die gewünschte Ruh:  
Und weil die Engel selbst umb Meine Leiche singen/  
So habt Euch ewig wohl: ich schließ die Lippen zu.

